

165

FUNERI INDICTIVO  
V I R I  
*Magnifici, Amplissimi ac Consultissimi*  
DOMINI  
**DN. JOANNIS**  
**CZIMMERMANI**  
Pro-Consulis in Republica Thorunensi  
Senioris gravissimi,  
Rebus mortaliuum  
D. XXIV. Novemb. Anno clocc XII.  
exempti,  
In solennibus exequiis,  
D. IIII. Decembr. anni Curr.  
celebratis,  
*Ultimum pietatis officium persolvere & lugentes solari  
conabantur*  
RECTOR ET PROFESSORES.



THORNII,  
Impressit JOHANNES NICOLAI, NOBIL. SENAT. ET GYMN. Typographus,

**Q**ui fuit quartus nuper Pro-Consul in urbe  
 Czimermannus iam clausit in orbe dicem.  
 Res rexit nostras, paeclaraque munera gessit  
 In patria, longo fatus honore senex.  
 Sic soboles similis potuit maioribus esse  
 Horum virtutes testificata suis.  
 Nam meritis magnis hic Czimermannia fama  
 Floruit, & celebris semper in urbe fuit.  
 His sua non tantum voluit coniungere Nostris,  
 Sed laudes alias exuperare suis.  
 Propterea magnus Legum Themidosque Sacerdos  
 Dexteritate proba civica iura tulit.  
 O quam felices, Magnatum quando clientes  
 Non gratis miseri limina iusta premunt.  
 Cum non pro iustis dantur glancmata vana.  
 Deludi bis possunt, non Deus, ast homines.  
 Aequi omnis vindicta Deus est, qui iudicat orbem,  
 Qui tribuit certo tempore iusta bonis.  
 Sic Deus eripuit defunctum fluitibus orbis,  
 Tutus ut in certa sede qui: tuis agat.  
 Justus ubi index decretum dicit amoenum,  
 Optatum votis absque fori strepitu.  
 Hoc tibi tam grato iam delectare, Beate,  
 Divinæ pacis munere in arce poli.  
 Interea custos meritorum grata Tuorum,  
 Tam devincta illis, nostra Thoruna manet.  
 Tu Deus a Patribus plures averte ruinas  
 Longius ut cives cum gravitate regant.  
 Restitutas alios prudentes atque fideles,  
 Namque gubernantes tu stabilitate soles.  
 Beatissimis manibus Magnifici Pro-Consulis ultimum  
 pietatis officium praestare laborabat

P. IAENICHIUS, R. P.P.

**V**iator  
 ultimi memor momenti  
 Hoc lege monumentum,  
 &  
 memento omni momento  
 Virum  
 Magnificum, Amplissimum & Consultissimum  
**DN. IOANNEM CZIMMERMANNVM,**  
 Diem obiisse supremum,  
 Ejusque ossa hic molliter cubare.  
 Dies XXIV. Novembr.  
 Tristitiae & Laetitiae,  
 Luctus & Gratulationis  
 Dies erat.  
 Luctu quidem & tristitia prosequimur  
 Proconsulem optime meritum,  
 Maritum dulcissimum,  
 Fratrem concordissimum:  
 Musarum Maccenatem magnum,  
 Virum

nostras

nostras excedentem laudes.  
 Cuius  
 Adolescentiam  
 Vindicaverat sibi Gymnasium nostrum;  
 Juventutem  
 Universitates abaverant celeberrimas;  
 Virilem aetatem  
 Thorunum, patria svavissima, erat venerata,  
 In senectute  
 Pythium Apollinem imitatus,  
 Qui dixerat:  
 Se esse eum, unde sui cives consilium expertarent,  
 Finis impositus erat anno facto:  
 Eodemque tempore  
 Proconsul Czimermannus  
 finem vitae faciebat suac,  
 properans festinanter  
 ut  
 Dominicam I. Adventus  
 apud Deum acvum agens  
 celebrare possit,  
 atque recipi.  
 Inter Adventus, hospites & Cives beatos,  
 Factus est Veterum campos  
 &  
 ingressus Civitatem Dei nunquam interiurans,  
 triumphum ducens de omnibus miseriis  
 tristibusque fatis,  
 Quibus aguntur mortales  
 Et ipse tantum non oppresus erat,  
 Quae cum ita sint  
 Diem mortis & exitus ex hac vita  
 rectius appellamus  
 Diem Vitæ & Introitus in vitam;  
 Et licet apud nos  
 Nil nisi luctus est dolor,  
 Beato tamen Proconsuli nostro  
 Otia, quac Deus illi fecit,  
 Seculum aureum,  
 Felicitatem temporum,  
 Abundantiam perpetuam,  
 Beatam Tranquillitatem,  
 Consecrationem & Eternitatem  
 meliori iure,  
 Quam olim Romani principibus suis in nummis  
 gratulauit lactanter.  
 Viatop  
 I licet  
 &  
 mecum ingemisce:  
 Accipe non Phario nutantia pondera saxo,  
 Quae cincti vanus dat ruitura labor:  
 Sed fragiles buxos & opacæ palmis umbras,  
 Quacque virent lachrymis humida prata meis,

L. M. Q. P.

G. P. Schulz / D. P. P. O.

Lamenta civitatis Thorunensis ob obitum B. Pro-Consul-  
lis ad socias Civitates Gedanum & Elbingam  
facta:

Vox erat & jamjam defesit corporis ista  
Membra quiescebant; At mibi multa mala  
Ostendit dirae & tembrose noctis imago,  
Et me non solito percutit illa modo.

Hec nunc narrabo vobis & carmine tristis  
Describam faciem, quae mihi visa fuit.  
Nam fuit illa satis tristis quae voce gementi

Persoam multum talia verba dabat:  
Heu mibi, Vos firmo sociali fædere juncta  
Urbes, iam, queso, damna levata mea!

Elbinga & Gedanum tantum compescite luctus  
Quo nunc cœlestis me premit ipsa manus.

Vestra soror, quam si forsan cognoscitis adhuc.  
Sum sed iam perit forma venusta mibi.

Lugubri induitam vos mea vestre videtis,  
Incedoque gemens, sic iubet ipse dolor.

Thorunium dico, si nunc cognoscere quo aris  
Nomen, sed dicta hoc nomino multa mala.

Nostra per aduentias agitur fortunn procellas Ovid, l. I. Trist.  
Sorte nec ulla mea tristior esse potest.

Nuper vexarunt me tristia fulmina Martis  
Et iussit cunctos ora rigare Viros.

Nunc novus est miseror, qui me iam perculit iste est:  
Amisi clarum Magnificumque Virum.

Czimermann cecidit, tot am qui rexerat urbem  
Nostram, per vitam dexteritate sua

Hunc deflent cives lacrymis hunc Curia deflet  
Ad tanti lugens stans sacra busta Viri.

Reddite nunc, sociæ, conceptum corde dolorem  
Urbes, & tangat Vos dolor iste meus.

Vos hic obtestor charæ dulcesque sorores  
Floreat insignis claraque fama Viri.

Hæcque fuere Tua Gedanum nunc verba sororis  
Has, Elbinga, preces nunc tulit ista soror.

Ast hac noctis erat saltem ludentis imago,  
Nam lusivo vano somnia pectus agnat.

DI facerent utinam talis nunc esset imago  
Noctis, non tristis causa dolenda foret

At non sopitos deludunt somnia sensus,  
Quæ retero sunt vel candidiora die.

Sed mihi non animus dirum pertingere vulnus  
Carmine, quod sentis, clara Thoruna tuum.

Hinc precor æternum Numen coelique Monarcham  
Et cui perpetua carmina grata dabo

Siservabuntur Patres, quos Patria dulcis  
Quoties tenet in nostro Curia clara solo.

Hæc lugenti calamo suuaginas iuxta  
apposuit

Ephraim Oloff, Thorun.  
Prof. Publ. Extr.

G.B. Ephraim D. B. L. O.

3947